1465 medio 7bris

Ex Arch. Mon. Calvi Montis

9

Nos Petrus de Weschmuntow Judex et Nicolaus de Wi
nari Subjudex Terrae Sandomiriens Generales. Significamus
tenore praesentium quibus expedit. Universis tam praesen
tibus quam futuris, notitiam praesentium habituris Quo
modo coram Juditio Terrestri personaliter Comparentes
Venblis Michael Abbas Monasterij S. Crucis Montis
Calvi cum suo Conventu ex una et Nobiles Nicolaus
et Petrus, fratres Germani de Smielejowicze Haeredes
Partibus ex altera, non compulsi nec coacti, sed ipsorum pro
bonis de voluntatibus sponte ac publice recogno
verunt. Quia fecerunt inter se perpetualiter et
irrevocabilem Concordiam et amicabilem Compo
sitionem in hunc modum. Quod per recognitionem
praefati Dni Abbatis et ejus Conventui praefati Fratres
Nicolaus et Petrus possunt et debent sepem alias
tamowanje in Piscina Dni Abbatis, et sui Con
ventus ibidem in Mielejowicze construere et facere
et aggerem ipsorum piscarii ad tres ulnas in piscina
praedicta Dni Abbatis et ejus Conventus possunt
accipere etiam ibidem. Qui Dnus Abbas cum suo
Conventu Anno praesenti in Authumno proxime
praeteritam suum debent dimittere alias spuscie. Vel
summittere aquam alias upuscie Piscinam, sic quod
ipsi Fratres terram recipere et de toto suo piscario
possent deportare quam piscinam vacuam et
desertam habebunt non retentam usque ad Festum
S. Joannis Baptistae proximum et eandem pisci
nam selpsae dictus Dnus Abbas et ejus Conventus et
ipsorum Successores temporibus perpetuis in spatio
sex Annorum debebunt et tenebunt remittere alias
spuscie non ad fundum sed quod tantum piscaria
praedictorum fratrum ex sicure et de altera desertari poterit,
et hoc cum ipse Abbas suo Conventu tempore tri
meli pro dicta remissione Piscinae praefati fuerint,

admoni-

admoniti; tunc tempore vernali Piscinam eandem
remittent et ipsam retinere non debebunt, ad festū
S. Joannis p̄xime afuturum praescriptione obstante
nulla. Insuper dictus Abbas cum ejus Conventu ante
fatum ipsorum piscinarū possunt libere sublevare, et
eandem inundare, quanto altius et latius possent ju
xta libitum ipsorum sine contradictione et impedimē
to p̄dictorū fratrū temporibus perpetuis, nulla obstā
te praescriptione. Ceterum ipsi Fratres rubetum alias
Zarosle dictum Niedziułkowski Łanek ibidem Miele
jowicze submerica jacentem, per signa lapidea inter
ipsos per Arbitros facta et in terram imposita p̄pe
tuo habebunt. et haec omnia superius nominata,
debent tenere Partibus ex utrisq̄ sub vadio viginti mar
carum perpetuo et aeterne. Et omnes citationes et
terminos pro omnibus causis et injurijs quibuscunq̄
inter eos exortis per p̄sentes perpetualiter mortificave
runt ex utraq̄ parte. Harum quibus in testimonium
Literis Sigilla nostra sunt p̄sentibus appensa. Datū Sā
dominiae feria quinta infra octavas Nativitatis Vir
ginis Mariae Anno Dñi Millesimo Quadringentesimo
sexagesimo Quinto Praesentibus his Nobilibus Joan
ne de Bostkow, Joanne de Wronow, Joanne de Bi
radz Joanne Woyciechowicze Templi, Joanne
Mijopad de Konin Joanne de Nagorzyce ac alijs quam
plurimis fide dignis testibus

Joannes Pietrowski p. alium